

DIE XIV. NOVEMBRIS.

B. JOANNIS LICCII CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beátum Joánnem, Confessórem tuum, plena sui abnegatióne atque exímiæ caritátis zelo claréscere voluísti : ejus nobis imitatióne concéde ut abdicatis terrénis afféctibus & in tua dilectióne vivámus : Per.

DIE XV. NOVEMBRIS.

B. ALBERTI MAGNI EPISC. ET CONF. ORD. PRÆD.

TOTUM DUPLEX.

Oratio.

EXAUDI, quæsumus Dómine, preces nostras, quas in beáti Albérти, Confessóris tui atque Pontíficis, solemnitáte deférimus : ut qui tibi digne méruit famulári & ejus intercedéntibus méritis, ab ómnibus nos absólvas peccátis : Per.

DIE XVI. NOVEMBRIS.

B. LUCIÆ DE NARNIA VIRG. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beátam Luciám, Passiónis Fílli tui signáculis mirabíliter decorátam, virginítatis et patiéntiæ donis blandiéntem mundum elúdere & et persequéntem superáre fecísti : da ut ejus intercessióne et exémplo nec terrénis vincámur illécebris & nec ullis frangámur advérsis : Per eúmdem.

DIE XVII. NOVEMBRIS.

S. GREGORII THAUMATURGI EPISC. ET CONF.

DUPLEX.

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus : ut beáti Gregórii, Confessóris tui atque Pontíficis, veneránda solémnitas & et devotiónem nobis áugeat et salútem : Per.